

Septem dormiētes – Legenda Romana Neoviedensī

Secundum ideam Conradi Lunar



Septem dormiēntes – Legenda Romana Neoviedensī

Salvete!

In regionibus linguae Latinae nōs omnēs fortē nomini *Siebenschläfer* connotamus venustam bestiolam rodentem magnīs cum oculīs nigrīs hirsutāque caudā, quae somnum hibernalem septem mensium agit. Veritatē etiam paulō plus est, et longum soporīs spatium fidē populari Septem dormiēntibus coniungitur, qui Ephesī (hodiē Turciā, tunc provinciā Romanā) ex a^o ca. CCL^o p. Chr. n^{um} quiescebant et Christiani illius persecutionem temporīs evaserant et in mundō christianō suscitati sunt.

Legenda *De septem dormiēntibus* Neoviedensī originem ducit temporē circā casum Limitis annō CCLX^o p. Chr. n^{um} et agit de septem militibus Romanīs, qui fidem suam Christianam secretō vivebant.

Oppugnationē Germanorum in castellum cohortium *Niederbieber* effectā Romani ad ripam sinistram fluminis Rheni confugere conabantur. A Germanīs subsecuti in campō ad ambitum civitatīs hodiērnae *Heimbach-Weis* sitō acribus plurium dierum proeliīs obstricti sunt. Summō in discriminē rerum Deum adorabant, ut sibi auxiliō vēniret. Istē eōs tradidit somnō, qui Germanos opinari faceret illōs occisōs esse. Post victoriam et recessionem Germanorum Septem quiētē rursus soluti sunt – et gratias agebant pro salutē suā.

Argumentum legendae militē profectō praesentē, fontibus archaeologicīs, reliquiīs castelli et traditionē nostrorum dierum ad picturam statuariam Septem dormiēntium sitā includitur.

Fabula comica intentioni conducat legendam ipsam tamquam unam fortassē e vetustissimīs sermonibus Christianīs nostrae regionīs ampliorem in conscientiam referre.

Salutationēs cordialēs mittit

ac magnum gaudium in legendō spectandōque optat

Conradus Lunar



Draconarius

Caius Vibius – praefectus militum, serenō temporē matutinō – satīs certum non est, si erat annus CCLIX^{us} an CCLX^{us} p. Chr. n^{um} – equō e castellō magnō *Niederbieber* ad regionem explorandam vehitur.

Splendidus in armīs suīs videtur.

Decorē hāc in rē praefert Draconem – vexillum, quod donum accēpit ab amicō Sarmaticō.

Adhuc placatum omnē tranquillumque est circā castellum – Caius non scit illam fortē ultimam suam expeditionem in hāc regionē *Niederbieber* futuram.



Ich bin
Aulus

I'm
Gaius

Soy
Decimus

Appellor
Lucius

Sono
Publius

Je suis
Sextus

Ik heet
Servius

GRUP

Septem illi

In castellō *Niederbieber* varia copia mixtaque stationem habet – militēs multīs e partibus IMPERII ROMANI stipendiā hic praestant, inter eōs Septem illi:

Aulus Germanus est. Maiorēs eius olim in silvā Teutoburgiensi vībant.

Gaius ab insulīs Britanniae vēnit. Tempestas frigida simul humidaque isti fortē dum placet potissimum.

Decimus in pagō piscatoriō paeninsulae Ibericae natus est.

Lucius, Romanus quīdam et praefectus militaris.

Publio caelum omninō non placet. Solum calori Siciliae consuētus est.

Sextus amat unum aut alterum poculum mulsi, libentissimē vinum rubrum regionis circum Burdigalam.

Servius Rhenō inferiorē ortus est. Cum Aulō certat, quīs efficiat meliorem cervisiam. Caseum quīdem diligit.

Temporibus prioribus naturaliter Latinē loquebatur. Quomodō Septem hodiē salutavissent, nunc vidēri potest – linguā Germanicā et anglicanā et hispanicā et latinā et italicā et gallicā et batavicā.

Quid Septem amicōs coniungit?

Omnēs sunt Christiani.

Magnā vocē id dicere non debent, nam saeculō tertiō non bonum habetur, si quīs ad Deum et Iesum oret. Antiqui dei Romanorum – ut Iuppiter aut Mars aut Mithras, deus luminis – a multīs militibus dei veri putantur.

Itaque Septem religionem suam clam exigunt et amici fidelēs sunt. Nemo nisi Caius Vibius id scit, est ipsē amicus bonus, quamquam Deum non credit.



Impetus repentinus

Vesperē – luna perlucidē claret – Septem congregati sunt.

Caius Vibius gestationē equestrī non revēnit et valdē sollicitantur; diligenter enim semper ad exercitationēs communēs cenamque adesse solet.

Subito clamor ac strepitus ante castellum! Exercitus Germanorum grandīs murōs expugnare temptat.

Unde Septem cognovērunt, cur Vibius non revertērit, et statim ad illum pro portīs quaerendum egrediuntur.

Atquī Lucius cum Gaio in castrīs manēre vult, ut reliquōs Romanōs in defendendō adiuvet.

Per portam lateralem alii Quinque in apertum evadunt. Ibi intuentur unam turrim portae iam ardentem et vident Lucium Gaiumque impetum Germanorum repellere conantēs.



GRUND
©2024

Pugna

Germani autem oppugnationem probē praeparavērunt et cunctōs Romanōs aciē vehementī iam implicant in agrīs prō castellō sitīs.

Sagittae, telā plumbō factā atque hastae per aëra volant.

Romani benē eruditi locum sub signō aquilāque obtinent et fortiter contendunt.



Supplicatio Dei

Lucius et Gaius seriā rerum intellexērunt.

E castellō se proriunt et amicīs succurrunt.

Septem in proeliō Germanorum stabiliter unā consistunt, ut amici vicissim sibi opitulantur.

Decimus – sicut omnēs quōquē alii – desperatus est et primus Deum adorare incipit.

Campus pugnae paulatim nebulā immergitur de caelō se diffudentē ...



Miraculum divinum

Cuncti Deum imploraverunt, ut sibi subsidiō vēniat.

Et profectō miraculum mittit – Septem in soporem labuntur et aurā caelestī circumdantur.

Aliqui Germanus, qui Publīo cassidem (postea nota cassīs '*typi Niederbieber*') de capitē trahit, Septem in herbā iacentēs sinit.

Germanīs proeliō victoribus Septem minationi non iam sunt.



Amplissima gratia

Miraculum profuit!

Germani abscedunt et Septem relinquunt.

Septem expergiscuntur – aura caelestis – nebula dissolvitur!

Magnā e gratiā omnēs deum adorant laetanturque se bellum contra Germanōs superstitisse.

Proficiscuntur ad Rhenum, flumen latum, quod Caesar circā trecentōs ante annōs pontibus subliciis (trabibus iugalīs impositis = Pfahljochbrücke) bīs transgressus est. Pontēs illi dūdum non iam stant, ut iter faciant usque ad urbem Confluētēs (hodiernās *Koblenz*) et ibi ripā sinistrā Rheni in tūtum declinent.

Amicum Caium Vibium reperire – tantum pro – non poterant. Forsitan tamen effugiat ...



Quid ad hunc diem restat ...

Si legenda de Septem dormiēntium eventū ita acta sit, in mediō relinquatur. Nimium aquae Rhenum devolutum est. Fidē autem popularī perseverat.

Si Septem illi reverā Aulus, Gaius, Decimus, Lucius, Publius, Sextus aut Servius nominabantur, eōdem modō ignotum est ... At Caius Vibius sanē miles copiae *Niederbieberi* collocatae fuit.

Illud factīs correspondet, quod per tempus diuturnum in annōs MCMXX⁰⁵ serōs itinerā ad picturam statuariam ambitū *Heimbach-Weis* (civitātē urbīs Neoviedensīs) sitam fieri solebant et ibi fabula narrabatur. Sub dictaturā demum natosocialistarum haec itinerā finem habuērunt – miraculum Dei et militēs placidē dormiētēs probabiliter non rectē convēniebant imagini constantīs viri.

In locīs castelli nonnullae res egregiae inventae sunt ut e.g. cassīs 'typi *Niederbieber*' atque alia singularitas – vexillum Draconīs. Quae admirari potest domū archaeologiae musei regionalīs Confluēntium Arcē *Ehrenbreitstein*.

Pictura statuaria Septem dormiēntium pars illius www.Drachenkopfweg.de statio initialīs secunda parvulorum touristarum adultorumve percursū in thematicō circā hereditatem Romanam mundialem Neoviedensī.

Textus ideaque:

Traductio in linguam Latinam:

Illustrationes :

Contactus:

Informationes:

Impressio prima annō MMXXIV^o

Conrad Lunar

Michael P. Schmude

Franciscus I. Guil Grund

Drachenkopfweg@gmail.com

www.Drachenkopfweg.de

Omniā iurā reservatā

©Conrad Lunar MMXXIV